relativè dicti, est etiam aliquid excepto relativo: et c: 4, docet, discrimen esse inter essentiam, et proprietatem constitutivam divinae personae, ac c: 2, inter proprietatem constitutivam et inter attributum absolutum, quod non ipsum etiam essentia et relationes, itemque relationes et attributa formaliter distinguuntur. Denique docet idem l: 15 de trin: c: 17, et Anselmus de proces= =negatus; aliique patres, ac concilium Toletanum, quod filius procedat per intellectum, non per voluntatem, contra Spiritus Sanctus per voluntatem, non per intellectum, quod etiam ipsa attributa inter se distinguantur formaliter.

173 resp: inprimis generaliter, his arg: probari nimium, nempe distinctionem strictè realem: praesertim per 1um de contradictoriis, quo eodem usus est, certè uti potuit, omnibus tribus, Gilbertus Porretanus. nam etiam de re maximè, et strictè realiter eadem nequeunt praedicta contradictoria verificari: quod cum ferventi verificentur de essentia, et relationibus, hae distinguentur ab illa strictè realiter.

Et profectò essentia strictè realiter, et entitativè communicatur filio /: alias filius non esset entitativè deus :/ relatio ex contra paternitatis strictè realiter, et entitativè negatur de filio, seu non communicatur filio /: alias pater et filius non distinguerentur strictè realiter, et entitativè :/ quod si propter verificationem praedictorum contradictoriorum essentia et relatio distinguuntur, distinguuntur proportionaliter entitativè, et strictè realiter. sed singulatim sit

etiam juxta scotistas talis requiritur distinctio in deo, quia datur contradictio ante omnem intellectum, sed datur contradictio strictè realis, quod est etiam ibi distinctio strictè realis, quod est damnatum ab ecclesia.

Responsio ad 1um argumentum de contradictoriis.

174 Inprimis nego, quod ex ~~praefatione~~ praedicatione contradictoriorum inferri debeat distinctio aliqua actualis omnem intellectus operationem praev-